

generabilis esset genita anteq̄ generaretur. Similiter  
si esset corruptibilis esset corrupta: anteq̄ corrumpereſ  
Et est quidam appetitus naturalis in materia ad oēm  
formam. Et hoc est propter omnimodā eius imperfec-  
tionem / vnumquodq̄ enim ens in quo magis deficit  
illud magis appetit. Unde materia appetit formā sicut  
femina virū ⁊ turpe bonū. Et dicitur materia / inquantū  
apta nata est recipere formā. Substantia vero siue sub-  
iectū / inquantū substat forme. Unde accidentia siue for-  
ma non habent esse suū in materia. Sed ꝑ hoc dicit̄ scđm id  
qđ habet cōparationē ad formā. Origo vero secundum  
quod est principium omnium rerum naturalium.

**P**riuationo est carētia forme alicuius cum aptitudine  
materie ad illā. Cū aptitudine dico propter ingenerabi-  
lia ⁊ incorruptibilia / in quozū materia non est priuatio:  
quoniam ad nullam aliam formam est in potentia. Con-  
tingere enim ab esse nihil differt in perpetuis.

**F**orma est que dat esse rei. Itē forma est quoddā di-  
uinum optimū ⁊ appetibile. Et dicit̄ forma inquantū dat  
esse materie. Species vero inquantū est principium cogni-  
tiōis / ratio aut inquantū est finis materie: vel inquantū  
est proportionabilis materie. Endelechia siue actus inqua-  
ntum opponit̄ priuationi. Nota qđ materie est pati ⁊ mo-

1. ꝑ h̄is. In tex.  
Com. 81.

Moia materie  
attributa.

Priuationo.

3. ꝑ h̄is. ex tex.  
Com. 132.

Forma.

Moia forme at-  
tributa.

ꝑ proprietates  
materie ⁊ forme